



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica**

Ab anno Christi 1563 usque ad annum 1566

**Fleury, Claude**

**August. Vind. [u.a.], 1772**

**VD18 90118626**

§. 74. Alia decreta pro Pontificio Palatio, & Cardinalibus.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-67192](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-67192)

§. LXXIV.

Sæcul. XVI.  
A.C. 1566.

*Alia decreta pro Pontificio Palatio,  
& Cardinalibus.*

**I**nsuper rem domesticam ita instruebat Pontifex, ut magis vitæ ad prudentiæ, & sanctitatis regulas compositæ rationem haberet, magisque suorum Ministrorum probitatem, quam numerum, & mundanam eorum astutiam respiceret: unde, ut eorum quivis suum nomen, munus, & beneficia indicaret, petiit, & Sacerdotibus injunxit, ut quilibet saltem tribus in hebdomade vicibus sacris operaretur, ceteri autem Diaconi, vel Subdiaconi singulis quindecim diebus sacra Synaxi se reficerent: abs dubio enim Pontifex in illis eam animæ puritatem, ac pietatem supponebat, quam ad tantum Sacramentum digne recipiendum præmittere oportet: insuper illis, qui in Ecclesia quadam dignitate fulgebant, aut beneficia Ecclesiastica possidebant, præcepit, ut Tonsura initiati sint, atque a feris vestibus abstineant: præterea eos ad assiduam Sanctorum Patrum lectionem hortabatur, hancque in rem pro Clericis qualibet septimana Theologiam tribus vicibus tradi mandavit, atque illi, cui hanc curam imponebat, injunxit, ut hoc decretum exacte in usum

*Ciacon. l. c.  
Gabatius in  
vita Pii V.  
l. 1. c. 1.*

Sæcul. XVI. deduci sedulo curaret. Pontifex  
A.C 1566. hanc reformationem in suo Pala-  
 tio inchoasse haud contentus insuper  
 Cardinales monuit, ut restricto famulo-  
 rum numero ab omni fastu abhorre-  
 rent, vitamque sobriam, ac frugalem  
 ducerent: ideo abrogabat etiam con-  
 suetudinem tubis insonandi, quoties Pa-  
 pa, & Cardinales sacrum Senatum in-  
 grederentur: ad hæc suos consangui-  
 neos Roma excedere iussit, exceptis  
 duobus suis Nepotibus, quorum unus  
 in Collegio Germanico studiis vacabat,  
 alter vero penes ipsum erat ad Cardi-  
 nalatum promovendus: præterea per-  
 mittebat, ut Cardinales, qui æs alie-  
 num solvere renuerent, ad id sicut ce-  
 teri legum severitate compellerentur,  
 proscriptis etiam eorum bonis, ac sup-  
 plectili.

## §. LXXV.

*Varie ejusdem Pontificis Constitu-  
tiones.*

**D**enique innovabat legem, qua Inno-  
 centius III. Medicis præcepit, ut  
 ægrotos post diem tertium non invi-  
 ferent, nisi hi Christiano more conscien-  
 tiam expiassent: præterea quibuscun-  
 que Presbyteris, tam græcis, præcipue  
 conjugatis, quam latinis prohibuit, ne  
 ritu alieno sacra vel alia Officia divina  
 per-